



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de  
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum  
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium  
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico  
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore  
distinctus

**Chokier, Érasme de**  
**Coloniae Agrippinae, 1684**

33. Hospitalarii, Templarii, Cistercienses, an exempti.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

## Q U A E S T I O XXXIII.

Hospitarii, Templarii, Cistercienses an exempti?

**T**etigimus paucis hanc quaestionem supra *quæst. 17. in pr.* Quibus remissive addo ad ulteriorem cognitionem sequentes auctoritates *gloss. & DD. cap. recepimus ubi Innocent. de privilegiis, cap. ad abolendam ubi DD. de hereticis cap. ne Dei, ubi DD. de Simonia Io. Andr. c. 1. de supplend. negl. prelat. Fel. cap. cum ordinem n. 1. & n. 21. de Rescriptis DD. cap. recolectes de statu Monach. Baldus conf. 337 super primo vol. 4. Felu. cap. cum ordinem n. 7. vers. considera primo de Rescript. ubi dicitur Cistercienses non esse exemptos. Ex quibus probatur de jure hos non esse exemptos, nam de privilegiis eorum propriis quæ sunt facti, iuriconsultus non responderet. *l. eum quem §. 1. ff. de Iudiciis.**

## Q U A E S T I O XXXIV.

Ius exemptionis an cedi possit?

## S U M M A R I U M.

1. Exemptiones cedi non possunt.
2. Iura mere personalia, personam non egrediuntur.
3. Cedi non possunt quæ ad universales hæredes transmittuntur.
4. Ne quid reale exemptiones cedi possunt.

**1** Exemptiones personales ita sunt affixæ ostibus privilegiatorum ad instar actionum directarum, ut ab eis per cessionem avelli non possint, *arg. l. quis ergo casus in fin. glo. Castr. l. si fructu ubi glo. ff. de peculio l. 1. ubi DD. ff. de act. & obligat. Spec. de cession. act. §. 1. vers. quid si habens lazon §. omnium inst. de act. Idq; multis rationibus, Nam ut frequenter hætenus dictum est, *quæst. 4. & passim*, exemptiones regulariter sunt contra ius commune, & proinde cedi non possunt. *Rom. con. 484. incip. Hoc quod vicinus post pr. arg. l. quod vero l. ius singulare ff. de leg. l. quæ à iure de Reg. iuris in 6.**

**2** Accedit quod sint iura mere personalia, quæ personam non egrediuntur. *cap. privilegium ubi Dyn. De Reg. iur. in 6. l. in omnibus ff. eodem. ejusmodi enim iura annexa certis personis in privilegium cedi non possunt. Barth. l. etiam ff. de iurejur. per l. si ex pluribus ff. de administr. tutor. Tirag. de Retract. consang. §. 26. glo. 3. n. 56. 57. & 58.*

**3** Postremo quia cedi non possunt quæ ad universales hæredes non transeunt, *lex pluribus ff. de administr. tut. Archid. cap. presbiteros 16. quæst. 1. fol. 337.* Quod autem ad reales exemptiones attinet, neque ex etiam per cessionem transferri in alium possunt, nam ejusmodi exemptiones accessione competunt ratione rerum quibus adherent, *cap. 1. de privilegiis in sexto d. l. in omnibus ff. de Reg. iuris.* ut proinde transferri non possint nisi concomitanter cum ipsis rebus *d. cap. 1.* Non secus quam